



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

27. De Generibus dicendi quæ in laude versantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Artificioſum verò eſt atque accuratum, in omnibus medium tenere.

Sed plenius M. Tullius hanc nobis eloquentiæ ſpeciem exprimit. Ornatur igitur oratio genere primum, & quali colore quodam, & ſucco ſuo, nam vt grauis, vt ſuauis, vt erudita ſit, vt liberalis, vt admirabilis, vt polita, vt ſenſus, vt dolores habeat, quantum opus ſit non eſt ſingulorum articulorum: in toto ſpectantur hæc corpore. Vt portò conſperſa ſit quaſi verborum, ſententiarumque floribus, id non debet eſſe ſuſum æquabiliter per omnem orationem, ſed ita diſtinctum, vt ſint, quaſi in ornatu diſpoſita quædam inſignia, & lumina. Genus igitur dicendi eſt eligendum, quod maximè teneat eos, qui audiant, & quod non ſolum delectet, ſed etiam, quod ſine ſatietaſe delectet. Ad ſummum, optimum eſt illud dicendi genus, quod omnibus, & vbiq; placeat.

Eloquentia  
optima qua:

De generibus dicendi, qua in laude verſantur.

### CAPVT XXVII.

Atque ad hanc orationis ſpeciem melius efformandam, dicendi genera, & virtutes conſiderabimus, rationeſque, quibus ipſæ cõparentur, ſubiiciemus. Varios numerare ſolent elocutionis characteres, quos varij Rhetores afferunt: nos Ariſtotelem, & Ciceronem, qui omnium optimè expreſſiſſe videntur, conſequemur.

Figura  
dicendi tres,  
vel Eloquẽ-  
tia tria ge-  
nera.

Figura pri-  
ma dicendi.

Tres igitur figuræ elocutionis numerantur, quas modò formas, modò ideas, modò characteres, modò genera techniçi nominant.

Prima eſt grauis, quæ conſtat ex ſententiarum, verborumque magna, & ornata conſtructione, & vt ait Plutarchus ἡ βαρὺν, & νομικὰν χαρακτήρα, μεγάλας ἐχέουσα ἐμφασίς. Hæc eſt, quæ vt ait Tullius in Bruto, ſonitu magno, curſuque fertur, quàm ſuſpiciunt omnes, quàm admirantur, quàm ſe aſſequi poſſe diſſidunt. Huius eſt tractare animos, & omni modo permouere, hæc modò perſuadent, modò in ſenſu irrepit, modo inſilit, ad ſummum tonat, fulminat, & permiscet omnia Hoc genere dicendi vſus eſt Cicero, & Demotheſenes.

Secunda  
exemplum.

Secunda mediocriſ, quæ aliquantulum demittitur à graui, neque tamen deſcendit ad inſimum. In hoc genere eſt illud exemplum.

(Quibuscumq; bellum gerimus; Iudices, videtis, cum ſocijs, qui pro nobis pugnare, & Imperium noſtrum nobiſcum, ſimul virtute, & induſtria conſeruare ſoliti ſunt. Hi cum ſe, & opes ſuas, & copiam neceſſariorum norunt, rum verò nihilominus propter propinquitatem, & omnium rerum ſocietatem, quid in omnibus rebus Pop. Romanus poſſet, ſcire, & exiſtimare poterant. Hi cum deliberaſſent nobiſcum bellum gerere, quaſo, quæ res erat, qua ſreti bellum ſuſcipere, conarentur? cum multo maximam ſociorum partem in officio manere intelligerent, cum ſibi non multitudinem militum, non idoneos Imperatores, non pecuniam publicam præſto eſſe viderent, non denique vllam rem, quæ res pertinet ad bellum adminiſtrandum. Talia plerumque apud Lium, & Cæſarem, pulchra quidem, & honeſta, ſed maiſtatem Ciceroniſ non habent.

Tertia, attenuata, quæ ad inſimum, & quotidianum ſermonem demiſſa eſt, vt, Nam vt forè hie in balneas venit, cepit poſtquam perſuſus eſt, defricari: deinde vbi viſum vt in alueum deſcenderet, ecce ibi iſta, de tranſuerſo, Heus (inquit) adoleſcens! pueri tui modò me pulſauerunt: ſatisfactas oportet, hic qui id ætatis præter conſuetudinem appellatus eſſet. erubuit iſte clariſſus eadem; & alia dicere cepit, hic vix tandem, inquit, ſine me conſiderate. Tum verò iſte cepit clamare voce iſta, quæ facile cuius rubores elicere poſſet: Ita petulans es, atque acer; vt ne ad ſolarium quidem idoneus, vt mihi videtur, ſed penes ſcenam, & in cuiſmodi locis exercitus ſis? Conturbatus eſt adoleſcens, nec mirum, cui etiam tunc liges ad auriculas verſarentur, imperito cuiſmodi conuitorum.

De virtutibus, & formis dicendi.

Ac primum de perſpicuitate.

### CAPVT XXVIII.

VT inter prima naſcentis adhuc mundi Perſpicui-  
cunabula ſapientiſſimus artiſex rerum, & in prima  
machinator Deus lucem creauit, rerum omni-  
um pulcherrimam, eandemque iucundiſſimam  
materiam, euius afflatu mundus ipſe torpentis  
paratur cū  
lucem.

mam